



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 39. De reliquis Paranæ rebus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

ris oppido loca progrediendi : eoque processere , ut eorum Casiquius cum aliquot asceclis non ægræ se ad oppidum duci siverit . Ad quos visendos , non secus ac ad Africana monstra in Europa itur , concussum est . Socii ad cicurandos feros homines Divi Xaverii lypsanotheculam eis ostentavere , creditumque est plus mutum pictumque Xaverium & ejus reliquias potuisse , quam vivam cæterorum Patrum virtutem . Exinde enim per interpretem feri homines sermonem Sociorum avidè attipiebant , & positis suspicionibus cibos appositos non illibenter admittebant , nostrorumque vestes & calceos attoniti atrectabant , autumantes eos calceatos petasatosque olim fuisse natos : adeo præter sylvas suas sylvicolæ illi nihil noverant . Lepidum fuit , ad æris campani tactum ceu ad tonitruum , stupidos cernere , audireque sciscitantes , qui tantilla moles adeò sonore loqueretur ? Lepidius fuit , feros homines , tygridum barritibus tantum assuetos , ad musicæ numeros sponte suâ subsilientes videre , & Neophyti nostros ad symphoniacos modulos saltitantes ultro imitari , denique , facta aliqua redeundi spe , suassylvas feri homines repetiere . Quamvis Socii nullam unquam occasionem omiserint de ea natione benè merendi tamen rati admodum hastenus Christo nomen dedere .

HOC anno Episcopus Paraquatiensis Patanenses Neophyti inspectum venit . Venientem Petrus Rometus & Socii per vias arcubus triumphalibus conspicuas in ornata novorum oppidorum templo , inter vocum & instrumentorum musicorum concentum , Infula & Pontificali ueste insignem invexere : stupentibus hinc novis hominibus ad Præfulis majestatem : inde vero Præfule approbante Societatis labores , que tam pulchro additamento Christianum imperium auxisset . Multa millia Neophytorum altero post Baptismum Sacramento ad spiritualem pugnam pro officio confirmavit , abiensque litteras honorarias conscripsit , quibus Regi Catholico significabat , vidisse se nostrorum Neophytorum oppida , ab Societate Paranam constructa , que non iam sapient barbariem , sed humanitatem benè cultorum hominum . In Acaraensi Nativitatis Virgineæ oppido , Josephi Anchietæ reliquæ duobus adolescentibus , uni sumpto veneno , & alteri vipera morsu , ad extrema deductis , salutares fure . Ibidein imago Beatae Virginis & Divorum Josephi & Ignatii portentosè sudavere , stupentibus ad insolitam rem Petro Alvaro & Antonio Palermo oppidi curatoribus . & triste nescio quid omnianibus , præsertim cum nunciatum est alteram Virginis iconem sub id tempus Piratinigæ in Brasilia etiam sudasse . Auxit omnis metum Emmanuel Correa , vir nobilis , è Brasilia nuper adiectus , nuncians multas Mamalucorum & Tupicorum cohortes in totius Guairania perniciem arma moliti ; immoto ad hæc Paraquaria Prætore , & nihil de incuria remittente . Itaque horret animus in Guairaniam proficisci , & rerum dicendarum calamitas ab solito officio calamum absterret . Porro pergendum est .

FRANCISCUS Vasquius Provincialis , inspectis Paranensibus oppidis , per famosum illud præcipitum , eodem quo ejus successor labore , in Guairaniam penetravit . Nam quamvis Paraquaria Prætor illac iter habere vetus erat , tamen recentioribus litteris Senatus Chuquisacensis Regius , abrogata lege , edixerat è bono publico non sibi videri , si communes compendiariæque via interdicerentur . Igitur postquam Provincialis primam Guairania Hispanorum urbeculam atrigit , citato amplissimi ordinis edicto , magistratum de fracta Prætoris lege conquerentem , postulanremque , ne illac rediret , facile compescuit . Villaticam adverso Paranæ & Huibaio delatus , trepidum nuncium acceptit de Divi Xaverii oppido ab Mamalucis obfesso . Quo accepto nuncio , animatis ad auxiliandum Villaricanis , quantâ potuit remorum contentione , via compendio usus , in Sociorum subsidium properavit . In Divi Xaverii oppido aderat Sylverius Pastor initio invasionis , qui cogoito ab Mamalucis suis Neophyti è remotioribus villis in servitutem abigi , extra oppidum progressus latrones adiens , spretis ferreis fistulis in suum pectus directis , tantum gestu , voce , minis , lacrymis potuit , ut aliquor captivos sibi reddi impetrarit . Sed

Casiquiæ ut-
cunq[ue] cicu-
rati.

CAPUT
XXXIX.
De reliquis
Paranæ re-
bus.

Confirmatur
Neophyti.

Josephi An-
chietæ Reis-
quia.

Studor por-
tentosus.

CAPUT
XL.
Sanctorum
Xaverii &
Johanni-
coliarum
depopula-
tio.

Franciscus
Vasquius
Guairaniam
adit.

Mamaluci
oppidū Divi
Xaverii in-
vadunt.